



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Gratitudo ex mutuo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Gratitudo ex mutuo.

6. Ex dictis collige primò, licitum per se, & speculativè esse mutuantem, etiam antequam mutuet, rogare, vel excitare mutuatarium, imò, & cum illo pacisci, ut aliquid supra sortem impertiat ex mera liberalitate, & verè voluntariè: quia sic, nihil expectatur ex vi mutui. Ita Mol. d. 205.

7. Dixi tamen (verè voluntariè) nam si mutuantem nimis importunus, vel exprobrans ingratitudinem, vel quid simile, tunc mutuarius non daret gratis, sed ad redimendam vexationem, & ex timore, ne denuò mutuum obtineat, vel obtineat difficulter. Signa voluntariè traditionis vide infra, §. 7. n. 4.

8. Dixi iterum (ex mera liberalitate) nam prolium quàm periculosum est, ne, si hæc petitio, vel pactum sit ante mutuum, degeneret in obligationem! Nam propterea dictum modò est (per se, & speculativè) in praxi enim omnino explodendum est eiusmodi pactum, vel præcedens petitio, quam vis signis, & imperfectis verbis insinuat; quia hæc in praxi notant obligationem, &c. Quòd si in eas pactum obligans mutuatarium, ut omnino det aliquid ex gratitudine, clara est usura, ex Laym. lib. 4. tr. 10. de Simonia, cap. ultimo, §. 2. num. 8. & 9. quia clarè superaddis obligationem, & meritò Valentia, t. 3. d. 3. q. 2. 1. p. 2. docet esse illicitum, in mutuo petere, quasi ex iustitia, amorem, & benevolentiam, quia ex mutuo non debetur amor, nisi ex debito morali, & libero, non ex obligatione; multò igitur magis crit usura mutuari cum pacto, ut mutuarius frequenter suum molendinum, ut erat à tali officina merces, &c. quia hæc essent gravamina supra sortem.

Mutuare cum pacto, ut fiat, quod debetur ex Charitate.

9. Colligo secundò: An liceat pacisci, ut mutuarius solvat, seu faciat, quod debet, ex Charitate. Medicus, verbi gratia, ex Charitate debet mederi pauperi infirmo, si non sit alius, qui medeatur; Medico igitur huic licitène possumus dare mutuum ea lege, ut ultra sortem ei pauperi opem ferat? Respondeo, licitè ex Molina, d. 309. Caranuel, lib. 2. Theol. g. moral. n. 736. illicitè, & iniuste ex Navarr. lib. 3. cap. 2. num. 353. Ratio huius est, quia sic adderemus onus ex iustitia, cum antea solum fuerit ex Charitate. Ratio Molinae est, quia, cum Medicus absolute mederi debeat, non iudicatur moraliter superadditum ipsi esse onus novum. Vtrumque probabile.

Mutuare cum pacto, ut fiat quod debetur ex Iustitia, Pbi.

An liceat Christiano dare Turcis ad usuram.

10. Sed quid, si pactum sit, ut fiat id, quod ex Iustitia quis debet? Debet, v. g. Petro tibi 50. potène illi mutuare alia 50. cum pacto, ut solvat centum? Respondeo posse. Ita Molin. lib. Dicatill. l. 2. de inst. tr. 10. d. 2. dub. 3. num. 82. quia tunc non petis illa 50. ex vi mutui, sed ex vi Iustitiæ ante mutuum; Hinc addit Navarr. lib. num. 146. te posse mutuare cum usura ei, cum quo bellum iustum geris, sicut enim vi, & bello illum spoliare potes ita, & usaris.

11. Quædam Matrona subministrabat hinc Panormi, pecuniâ cum usura Turcæ cuidam, prætextu, quòd in Turcas nos iustum bellum habemus, ut illi nescio quis Confessarius posse insinuaverat. Profectò si Confessarius indoctus fuit, erravisse mirum non est: si doctus, Navarræ dictum de buit expendere: qui de hostibus loquitur, quos mutuarius spoliare potest, non verò de his Turcis inter Christianos sub captivitate degentibus, in quos nulum bellum iustum habemus, cum pertineant, dum sunt captivi, ad Communitatem nostram, non verò ad Communitatem Turcarum. Potest quidem ex Filliuc. Caiet.

Azor, apud Dian. p. 7. tr. 7. res. 1. 1. captivus Christianus Turcæ suo Domino aliquid furtim accipere in compensationem sui famulatus, adimplereque libertatis: & verè probabiliter, ex Molin. Less. Machad. quos citat, sequitur ibi. Diana, & alij p. 5. tr. 13. n. 6. aliquid solum, sed etiam rem, cuius est hostes hos communes debellare, & mutuum re, qui mavult ea Turcarum bona, ad quæ dictus captivus lus habet, esse apud Christianum, quam apud Turcam inimicum: quare ex hoc titulo, quilibet Christianus etiam non servus, poterit ibi apud Turcas existere, & scindendo ab alio inconvenienti) usuris eos spoliare, verò quoad Turcas apud nos convenientes, sicut in causa libertatis, nec causâ præsumptæ Principis voluntatis ab iis aliquid surripere potes, unde te Principis furtim pueret, si quid illis auferres: ita nec poteris ris, vel quibuscunque fideis contractibus rei familiaris detrimentum illud afferre.

Mutuare cum pacto aliquid faciendi, &c.

12. Colligo tertio: An hic contractus sit licitus, & tibi mutuum sub onere, quod iusto pretio colas agros. Scotus tamen, & alij apud Dicatill. l. 2. tr. 10. d. 2. 120. approbant hunc contractum, probantque communi praxi, quâ Doctores dant mutuas pecunias Rusticis, cum pacto, ut agros ipsorum Dominorum colant, & profectò nō video, quâ ratione liberari id possit, si illud non addas) b) usurarius enim aliud gravamē præter sortem addidit: liberari igitur debet ex Caran. l. 2. Theol. num. 743. solum ex compensatione gravaminum. Dominus enim privat se sua pecuniâ, & subit gravamina sua. Primò, ut non repetat pecuniam ante tempus, quo solent colerem, si indigeat. Secundò, ut non addat alios, rusticos, quos possit ad agros colendos. Adde & tertium, quod se obligat Dominus ad dandum reliquum pecuniæ, & ad illam pecuniam invenientem, si forte ea renitène scilicet defraudat Rusticum promissore. Si ergo Dominus hæc gravamina subit, non erit iniustitia illud onus colendi agros rusticum obligare.

De intentione lucri supra sortem ex parte unius tantum ex contrahentibus.

13. Si tum mutuantem, tum mutuatarium intendat, & recipere dictum lucrum ex vi Iustitiæ, utroque potest, & vel d ex alio titulo, neutrum delinqueret, tam ex dictis. At insurgunt adhuc duæ difficultates. Altera: Si mutuatarius det tanquam ex Iustitia, mutuantem verè, & sine dolo ignorans talem dantis animo, accipiat, tanquam traditum ex liberalitate, vel contra mutuatarium det ex liberalitate, sed mutuantem illum non nescius, accipiat tanquam ex Iustitia, quid in conscientia sentiendum?

1. Respondeo ad prius: Mutuantem ex illa ignorantia nequaquam peccavit, nec eadem durante, lucrum acceptum restituere debet: At si sciat, statim debet restituere. Ratio est, quia cessante ignorantia, cessat bona fides, consequenter cum non adsit titulus iustus, succedit onus restituendi. Quòd si inveniat illud expendisse, restituit ex Molin. d. 306. Less. l. 2. c. 20. n. 4. id, in quo factus est ditor, nam si in nullo factus est ditor, ad nihil tenetur, quia totum bona fide consumpsit. Respondeo ad posterius: Mutuantem, licet ad nihil teneretur ex accepta, verè adest iustus titulus retinendi, qui est donatio liberalis: at quia illum ignorat, peccat conscientia erronea, & demque persistente, obligabitur ex eadem ad restitutionem; Verum si veritatem cognoscat, & restituere poterit, & repetere, si dedit; Quòd si expendiderit, bene fuisse pensum, poterit item reputare. Sicut si furatus sit pecuniam, quem deinde cognoscat esse tuam, tuos erit pretio enim illa fuit solum formaliter iniusta, non materialiter, quod requiritur ad patiendam veteram obligationem restituendi.